

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Jonstoni Historia Naturalis

Ioannis Jonstoni|| Theatrvm|| Vniversale Omnivm|| Animalivm||
Qvadrupedvm

Jonston, Jan

Heilbrunna, MDCCLV.

VD18 90528808

Caput V. Ubi Hyaenae nascantur?

urn:nbn:de:gbv:45:1-10966

igitur simul Hyaena nostra et antiquorum Hyaena pseudovulva, genitali osse et oculorum gemmis. Verum, quia generis nomen haec tria animalia continentis nos latet, ab antiquiori specie nomenclaturam

mutuari libuit. Fortasse sub eodem innominato genere continetur Fiber, nam Castoreum, vesicae sunt in inguinibus humorem apertura stillantes melleum, non autem testes, ut dicemus.

C A P U T V.

Ubi Hyaenae nascantur?

Ex Syria. **H**yaenas scripserunt Herodotus lib. 4. Plinius atque Solinus plurimas gigni in Africa. At nostra Hyaena odorata dicta a Francisco Alexandri Catus Syriacus vocata fuit et Matthiolus Venetiis vidit ex Syria delatas. Cardanus vero scripsit Hispaniam ipsas mittere, quapropter notatur a Scaligero, clarius autem loquutus est Amatus scribens Lusitanos eas deferre ab Indiis, sed memoria non excidit mihi aliquot ab hinc annis a Lituano quodam pharmacopoeo Romam ad Henicum Convinum transmissum fuisse vasculum Zibethi et ungulam Alcis, qui etiam scripsit ista esse fructus suae regionis, unde suspicor etiam in illis frigidis regionibus oriri Civettas.

In Indiis. De Zibethico autem animali Americano scribens Io. Faber ex F. Gregorio de Bolivar; hoc animal, inquit, nascitur in multis Indiae orientalis atque occidentalis partibus, cuiusmodi in orientali sunt provinciae Bengal, Ceilam, Sumatra, Iava maior et minor, Malipur et plures aliae.

In nova Hispania vero sunt pro- **Nova Hisp.** vinciae de Quatema, Campege, spania. Nicaragua, de vera Cruce, Florida et magna illa Insula S. Dominici aut Hispaniola, Cuba, Matalino, Guadalupe et aliae.

In Regno Peruano animal hoc magna copia reperitur. In Paraguay, Tu- camam, Chiraguana, Sancta Cruce de la Sierra, Yungas, Andes, Chia- chiapois, Quizos, Timana, Novo Regno et in omnibus provinciis magno fluminis Maragnone confinibus quae circa hoc ferme sine numero ad duo Leucarum millia sunt extensae. Multo adhuc plura eiusmodi anima- lia nascuntur in Brasilia, ubi mercatu- ra Zibethi exercitatur.

Magna horum abundantia quoque **Guinea** est in Guinea, in provinciis nimirum de Loango, Congo, Manicongo cir- ca flumina Angolae usque ad Cafres et finem bonae spei, maxime autem in grandissimis et extensissimis mon- tibus, qui ibi prostant, quos Fragosas Cupides appellare solent. Et ex parte quidem Cafres montium de Torea aut de Luna, ubi maxima Algariae quantitas extat.

C A P U T VI.

De Vasculo Zibethico.

Zibeth, quod ab hoc animali ge- neratur, non ex toto corpore, sed ex determinata particula colligi- tur, quomodo, qualis, quanta et ubi sit, nunc est a nobis investiganda. Turpiter autem erravit Io. Riolanus suae Pathologiae cap. 11. scribens: *Damarum stercus bene olet et Gazel- la cacat Zibethum.*

Pars fe- **A**t Ruellius primo de Nath. stirp. capite 27. erui e genitalibus locis scri- hum.

psit et subiunxit, *e cuius natura sordes manant, etc.* cui assentiri vi- dentur Matthiolus et Franciscus Alexandrinus. Excrementitum ge- nitalium humorem vocavit Dessenius. At Renodeus circum *testes* et *pudenda* concrescere scripsit. Itaque hi videntur censuisse testes esse vasculum Zibethi, sed ridicu- lum est, quod Everhardus a Mepschen narravit Dessenio de Ci-